Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dabit maxillam. ꝓcutientem gente sua. ꝓpris inimicis satiabitur opprobriis.
Nam hic laudabilis patientia. illic reprehensibilis et mentis duritia. facia-
hoc homo quicunq; portauerit iugum a adolescentia sua. Quis autem homo
iugum paratior. homine illo portauit. qui cum in forma dei esset non rapinam ar-
bitratus est esse se equalem deo. sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens.
in similitudinem hominum factus. et habitu inuentus ut homo. humiliauit seme-
ipsum factus obediens usq; ad mortem. mortem autem crucis. Ille qui singulari
patientiae homo dabit percutienti se maxillam. immo et ipsa ipsam alteri
dabit corpus suum percutientibus. et genas suas uellentibus. faciem suam non
auertet ab increpantibus et conspuentibus. et eiusmodi satiabitur opprobriis.
Hec enim minimis sed primia dilectione nri sic illa suscipiat. tanquam panem sati
ratus. Singuli quoq; nrm persecutionem pusilica sustinentes. demus per-
cutienti maxillam et saturem opprobris indelicet libenter accipiendo mala
persecutionis. ut fiamus saturem bonis. CAPH.
Quia non repellet in sempiternum dns. Ipse supra quia bonus est dns spe-
rantibus in eum. et quo respectu dicerim si quaeris. ecce nunc dico. quia
non repellat in sempiternum. Repulit ad tempus dicendo. ecce adam quasi
unus ex nobis factus est. scienes bonum et malum. uidere ne forte sumat de ligno
uite et uiuat in eternum. sed non repellet in sempiternum. Adhuc inquirit
plasma suum. et omnia trahit ad se ipsum. Gladium repellentem. gladium flam-
meum quem posuit ante paradysum quandoq; uersabitur. et dabit nos
edere de ligno uite gratis. CAPH.
Quia si abiecit et miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.
Ipse et uerum dicit. bonum pistolari eius illemo salutare dnm. quia et si
abiecit. et si altare suum repulit. etiam miserebitur. ut solum capitulum
perlim edificet. templum restituatur. CAPH.
Non enim humiliauit ex toto corde suo. et abiecit filios hominum. Ipse
inquam et uerum dicit bonum esse uiro cum portauerit iugum a adolescen
tia sua. nam et si singulos filios hominum humiliauit. quos. primum ego
in numero sum. non ex toto corde suo humiliauit. non totum ex parte qd
humiliauit uel abiecit. sed multum laboribus nos erudit. sicut scriptum est.
Quem enim dns diligit corripit. flagellat omnem filium quem recipit.
LAMECH. Ut comereret subpedibus meis omnes uinctos terre. LAMECH. Ut declina
ret iudicium uiri in conspectu uiri altissimi. LAMECH. Ut peruerteret ho
minem in iudicio suo dns ignorauit. O laudabilis ignorantia. o prua
simplicitas. et simplex diuinitatis puritas. Omnes uinctos terre subpedib